

decime primi anni et secundi. ex tribus annis ex quibus Concessa est Illustri domino principi Tarentino; presenti apodixa fatemur recepisse. Ab abbe Pa scalio (*sic*) Archipresbitero Maioris Ecclesie Barolitane et Capitulo ipsius sue Ecclesie pro decima secundi anni. ex tribus annis predictis olim. die vicesimo sexto Novembbris. duodecime. Indictionis. per Manus dompni Bartholomei Canonicus eiusdem Ecclesie. In carolenis argenti. sexaginta per unciam computatis. Uncias. Tres. et tarenos tres. Et prescripto. die septimo decimo mensis Ianuarii. per Manus dompni Bartholomei predicti. pro eadem decima Secundi anni. In Carolenis argenti computatis ut supra. alias. uncias. tres. et tarenos tres. Que predicta pecunia est in summa. Uncie. Sex. et tareni sex. salvo et reservato quod postquam Archipresbitero et Capitulo supradictis fuerit satisfactum. De unciis duodecim quas debent habere pro parte Ecclesie eorum. A Sacra Regia Maiestate de decima doane Baroli. incontinenter satisfaciant de sex florenis autem contingentibus. Archipresbiterum et Capitulum supradictos de decima predictarum duodecim Unciarum. de quibus sex. florenis. predictis dompnus Bartholomeus se depositarium constituit. Ita quod satisfacto dictis Archipresbitero et Capitulo de predictis duodecim unciis. Ipse teneatur satisfacere nobis vel cuiuscumque alteri ipsius decime recollectio commissa fuerit dare. et assignare sex florenos predictos nullo Archipresbiteri. vel Capituli predictorum expectato mandato. Unde ad futuram memoriam et Cautelam. presentem apodixam exinde fieri fecimus nostro sigillo munitam. (*Segue un' impronta del sigillo di cera verde ormai scomparso.*)

N. 46.

A. D. 1314

(9 febbraio; Indiz. XII)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,34; larg. 0,22.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<p><i>Paulus et Iohannes, f. qd. Goffridi de Iohanne veterano et Girardus, f. qd. Raynerii Theodisci</i>, per parte del figlio <i>Theodiscus</i>, di anni otto, vendono al <i>Cantore Guillelmus</i>, della Chiesa di S. Maria, una loro casa, posta in <i>pictagio S. Marie</i>, al prezzo di once tre in <i>Karolenis novis et iusti ponderis</i>. Fu eletto per garante <i>Guillelmus Masconus</i> e <i>Girardus</i> sino a che il figlio <i>Theodiscus</i> non fosse giunto alla maggiore età.  <i>Guillelmus</i> da parte di Paolo e Giovanni obbliga una casa che possedeva in <i>Casali Franci de Buiano extra menia civitatis Baroli</i>.</p>
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri Iehsu Christi Millesimo Trecentesimo Quarto decimo. Regnante domino nostro. Roberto etc. Regnorum suorum anno Quinto. Mense februarii Nono die eiusdem duodecime Indictionis apud Barolum. Nos Paulus et Iohannes fratres f. qd. Goffridi de Iohanne veterano et Girardus Raynerii Theodisci nomine et pro parte Theodisci filii mei Barolitani Civis, Coram Iohanne de Maurone Regali Baroli Iudice Magistro Spina puplico eius.